

# DE COM- POSITIONE ME-

dicamentorum, hodierno ævo apud Pharma-  
copolas passim extantium, Libri X. BERN-  
NARDO DESSENNIO Cronenburgio,  
Doctore Medico Colonienſi autore.

*Simplicium atque Aromatum nomenclaturæ Latinæ ac  
Germanicæ tantum ab autore antea editæ, nunc etiam  
Gallicæ & Italicæ in harum nationum gratiam adiecimus,  
cum Indice earundem omnium locupletissimo.*



L V G D V N I,

Apud hæredes Jacobi Iuntæ,

M. D. LVI.

Cum Priuilegio ad decennium,

S V M M A L I B R O R V M  
huius uoluminis.

Liber.

- Primus, De Antidotis, Opiatis uulgò dictis, & Ele-  
ctuarijs aromaticis.  
Secundus, De Conseruis, Conditis, Robus, & Locob.  
Tertius, De Syrupis.  
Quartus, De Lenitiuis, & Catharticks siue Purgatorijs.  
Quintus, De Pilulis.  
Sextus, De Trochiscis.  
Septimus, De Ceratis, ac Emplastris.  
Octauus, De Oleis.  
Nonus, De Vnguentis.  
Decimus, De Acetis, Vinis sacilitijs, Mulso, Aqua mul-  
sa, Hordeacea, Aquarum delectu, Aquis  
stillatitijs, Sanguinis hirci preparatione,  
Odoribus, Suffitibusq;, Mensuris, & Pon-  
deribus.

Galenus de Antidotis primo:

Medicum peritum esse consulo, si fieri potest, omnium  
stirpium: sin minus, at plurimarum, & quarum usus mul-  
tus est.

Idem libro, Quòd optimus Medicus sit  
Philosophus:

Verus Medicus, & sobrietatis, & ueritatis amator come-  
peritur.

De diebus decretorijs primo:

Medicum accuratè curadi, & praesagiendi, peritum esse  
oportet.



# DE PLANTARVM

DIFFERENTIIS, PARTIBVS,  
ortu, delictu: similiter quo anni tempore, quibus locis,  
qua cœli constitutione, & qua omnino ratione, herbae,  
flores, semina, succi, radices, colligi, asservari, atque in  
usum medicum reponi debeant. Vbi ad calcem imperiti  
quidam nostro æuo titulos tenus Medici notantur, ac quæ-  
dam de congruis Medicamentorum uasis apponuntur.



**Q**UONIAM frustra, quicquid in agris, ac  
uniuerso terræ gremio, à natura parète rerum  
omnium optimo, & locupletissimo, plantarum  
gignitur, humano generi esse possit, nisi ritè  
quis operam in decerpendis, colligendis, seruandis, ac repo-  
nendis singulis collocet, qua ab corruptela, marcore, interit-  
tu, atque omni prorsus uitio, integræ simul & illæse persi-  
stant: ideo operæ præciû mihi facturus uideor, si pauca præ-  
cepta cum primis utilia, necessariaq; de eisdem rebus, consti-  
tuam. Quod eò nunc accuratius est monendum, quò segnius  
hoc seculo, in Officinis, pleriq; omnes hic elaborant. Atqui  
priusquam id aggrediamur, præcipuas plantarum differen-  
tias, earundemq; partes commemorare, mihi necesse uisum  
est, ut antè cognoscamus, quam in consuetudinem uertamus.  
Sunt itaq; primæ plantarum partes, radix, caulis, siue sus-  
frutex, ramus, surculus. Radice alimentum attrahitur, quod  
in caulem, si increfcere, aut consistere debeat, transmittitur.  
Est uerò caulis, quod simplex, interdum lignosis adnascen-  
tibus ramulis, folijsq; minutis, supra terram assurgit, ex  
quo deinde semè aut fructus editur. Rami, alijs nodi uocati,  
e caule multiplices hincinde sparguntur, ex quibus surculi  
uelut annotinum germen, gignuntur.

Plantarû aliæ satiuæ, hominum industria inuenta: aliæ  
syluestres,

LIBER PRIMVS, DE  
COMPOSITIONE MEDI-  
CAMENTORVM, OFFICINIS

*hoc æuo vsualium, Autore Bernardo*

*Deffennio Cronenburgio,*

*Doctore Me-  
dico.*

*Anacardina confectio Mesua.*

Recip. Piperis nigri & lōgi, Myrobalanorū,  
chebularum, emblicatum, belliricarum, In-  
darū, Iundebeduster, ana drachmas duas:  
Costi, Anacardi, Zacchari Tabarzet, Burun-  
gi, Baccarum lauri, ana drachmas sex,  
Cyperī unciā mediā.

*Tere Anacardos per se, deinde alias medicinas opti-  
mē. Confice æquali quantitatē butyri uac-  
cini, & mellis prius bullitorum.*

*Da post sex menses.*

C R O N E N B V R G I V S.



*V*M in omnibus rebus disquirendis, intel-  
ligendis, consequendis, ac disponendis, ordi-  
ni semper primus locus datus est, ut sine  
quo utiliter aut prudenter nihil fieri ac  
tradi potest: ideo nos eundem necessariō  
seruare conantes, antidota & medicamina, quæ hætenus  
confusa atque perturbata fuerunt, in ordinem reducere la-  
boramus, non alium equidem quàm natura suadet, atque ce-  
lebrium